



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. III. Varia Clericorum Regularium epitheta: eaque explicata. Quid de Epistolâ Clementis ad Iacobum fratrem Domini quidam erudit sentiant.
Quando primùm dicti Clerici, aut Canonici Regulares.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

CAPVT III.

*Varia Clericorum Regularium epitheta: ea-
que explicata. Quid de Epistolâ Clemens-
tis ad Iacobum fratrem Domini quidam
eruditis sentiant. Quando primum dicti
Clerici, aut Canonici Regulares.*

CLericos Regulares siue Monachos,
summi Pontifices varijs epithetis ho-
norarunt, quæ latè prosequitur Signius. Ac
primò vocati *Canonici*, à vitâ (vt sup. ini-
tio huius libri dixi) regulari: aut fortè, vt
quidam recentiores volunt, *Canonici* à vitâ
communi siue coenobiticâ. Canonicos pri-
mùm vocatos opinatur Signius à S. Gre-
gorio, qui eos hoc nomine appellat in Epi-
stola ad Marcianum Episcopum Rauenna-
tem. Anteà tamē ita vocati in Concil. Tu-
ron. sub Pelag. I. Dicti præterea *Religiosi*, à
statu nimirum, in emissione trium voto-
rum Religioni substantialium consistente.
De quo vide S. Thomam & eius interpre-
tes. Religiosos vocavit Alexander II. in de-
creto

*De flat.
ac ord.
can. l. 1.
cap. 2.*

*Lorinus
cum
Turriano
ad c. 2.
Act.*

*Referitur
cap
Dudum
caus. 18.
q. 2.*

*2. 2. q.
186. ar. 1*

creto suo contra Clericos concubinarios.

*Refertur
c. Presens*

Hac eadem ratione, Concilium Tarraco-

dib. 32.

nense vocavit Clericos *professos*: quomo-

*Refertur
15. q. 2.*

dovocantur aliás frequentissimè. Quamvis *uādūm.*

plures velint, veteribus temporibus pro-

fessionem fuisse tacitam (vt loquuntur) non

expressam. Quod parum interest, cùm æquè *Refertur
12. q. 1.*

liget tacita atque expressa. Voti veterum *c. dilectif-
simi, &*

Clericorum meminerunt Clemens Ep. v. *c. Scimus*

ad Iacobum fratrem Domini, Vrbanus I.

in Encyclica ad omnes Catholicos, Augu-

stinus in Sermonibus de cōmuni vita suo-

rum Clericorum, de quo fusiùs lib. 2. Obi-

ter hic aduerto, Epistolam illam Clementis *De Scrip-
Eccl.*

non carere scrupulo, vt dixit Bellarminus;

videturque eam reijcere Posseuinus in Ap-

paratu, quando eius auctorem vocat *Cle-*

mentem fictitium. Primò, quia ad Iacobum

fratrem Domini inscribitur, quem certum

est longè antè obijisse, quàm Clemens in

Petri cathedra sederet. Obijt enim Iacobus

anno Neronis VII. Petrus verò, cui Clemēs

successit, anno eiusdem Imperatoris XIII.

Secundò, plurima illius Epistolæ exempla-

Cc 3 ria,

206 DE VETERE CLERICORVM
ria, sicut rerum communionem commen-
dant, ita & vxorum. quæ doctrina impijssi-
ma est. Scio, plures docere à quodam im-
pio illa verba Epistolæ inserta. Scrupulum
nihilominis non tollunt. Quia in libro de-
cimo Recognitionum Clementis (ex quo
quidquid ferè de communi vitâ in eâ Epi-
stolâ docetur, ad verbum transumptum
est) etiam vxorum communitas suadetur;
non ex personâ Clementis, sed Fortuniani
cuiusdam Philosophi Platonici, quem ibi
Clemens refutat. Lege Posseuinum.

*S. Aug.
in Psal.
Ecce quā
bonum.*
Aduerto 2. Ob hanc communis vitæ
professionem Clericos etiam dicēdos Mo-
nachos ex mente & doctrinâ S. Augustini:
cui iste Monachus dicitur, qui professus
est, *Quam bonum & quam iucundum habi-
tare fratres in unum*, vt suprà ex eo vidi-
mus.

C A-